



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

B. Joanna Regina. Tolerantia injuriarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



B. JOANNA REGINA.

Tolerantia injuriarum.

Deus, qui humilem B. JOANNAE to-
lerantiam, novi Ordinis per eam
fundatione sublimasti; da ut eadem
suffragante, faciamus per injurias no-
bis inferendas proventum.

Ora pro Ordine Annuntiatarum



IV FEBRUARII.

IOANNA, Ludovico XI Franciæ Rege nata
 an. 1465, eodem iubente nupta est Lu-
 dovico Duci Aurelianensi. Hic per mortem
 Caroli VIII regnum adeptus, hujus foro-
 rem & uxorem suam, cui vitam mortis reus
 debebat, non dubitavit repudiare, velut
 non subsistente consensu, quem metu ex-
 pressum jurabat. Juramentum ejus admittens
 Pontifex, indulgitque divortium; haud in-
 graviter id ferente JOANNA; eo quod pridem
 Sanctioris vitæ cupida, à Deipara accepisset,
 novum à se Ordinem Religiosarum funda-
 dandum. Annuntiatas vocant, professas Re-
 gulam ex virtutibus Mariæ, in Evangelio
 expressis, conceptam, & anno 1510 confir-
 matam. Obiit deinde anno 1505 Biturigi-
 bus: & corpus incorruptum mansit usque
 1562, quando illud Calvinistæ ad rogum
 raptaverunt. Nudatum ipsum, ingemuit: &
 pugione confixum, sanguine fluxit. Proce-
 sum de vita, meritis, miraculis, loci Archie-
 piscopus Paulo V misit: Urbanus VIII
 recognovit, & Beatæ titulus ipsi mansit.

*Benedictus Deus, qui... faciet cum tem-
 tatione proventum, ut possitis sustineri
 1 Cor. 10.*